



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs,
tum pro Pœnitentibus**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Vbi de Mollitie

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

208 Lib. 1. Cap. 7. §. 10.

perfecta, Bestialitas, ad quam
reducitur Congressus cum Dæ-
mone. De singulis aliquid bre-
viter delibabimus.

Mollsties.

2. Est pollutio voluntaria, sine
conjunctione corporum, seu, ut
definit S. Thomas, est b pecca-
tum contra naturam, per quod
voluntaria pollutio procuratur,
extra concubitum, causa explen-
dæ delectationis venereæ. Si
quis tamen, dum se polluit, con-
sentiat, vel cogitet morose in
aliquam aliam speciem, v. g. in
adulterium, incestum; contrahit
eamdem & malitiam, quam cogi-
tat, adeoque confitendam.

3. Inanimatum instrumentum,
quo quis se polluat, non facit
mutationem speciei, ut supra
cap. 1. §. 10. de mediis, quæ assu-
muuntur ad peccandum univer-
saliter diximus. Duxi (in anima-
to) nam si animato, ut si manibus
alter

b. S. Th. 2.
2. q. 52. ar.
11. ib. Ca-
jet.

c. Fili. tr.
30. c. 8.
n. 154.

alterius, &c. fiat, jam nunc sub-
do,

64 Si quis se pollueret inter
brachia, coxendices, os, &c. fœ-
minæ, vel viri, cum id regulari-
ter procedat ex affectu personæ,
sue concubitus cum illa; est sine
dubio specialiter explicandum:
quia non est mera pollutio, sed
copula inchoata. Non tamen
credo necessariò esse explican-
das peculiares partes corporis
(oisi sic affectus aliquis particu-
laris, v. g. ad partes præposteras
ob sodomitam, unde & explican-
dum) materialiter enim se ha-
bent, & illa major delectatio, d. *Filius*,
quæ in una ex partibus quæri-
tur, non transcendent speciem ma-
litiaz, quæ est in alia.

65 Petes; quando quis haberet
inchoatam prædictam copulam,
necesse ne haberet exprimere in
Confessione se seminasse extra,
vel intra vas? Resp. Ita; quia
extra dispergitur semen; at in-

210 Lib. 2, Cap. 7, §. 10.

tra vas naturale fœminæ, non
item. Quid in masculis, dicam
mox à num 8. & addam utilissi-
mam praxim pro hac re.

66 Si quis se polluat manibus
alterius viri, vel fœminæ, vel
suis alium quis polluat debet id
explicare propter cooperatio-
nem cum alterius peccato. Im-
mo si tu tuis manibus polluas
uxoratum, vel Sacerdotem, &c.
debes id explicare, quia coope-
raris ad Adulterium, vel Sacri-
legium, juxta ea, quæ dixi c. I.
§. 14. de scandalo n. 128. At si
te suis manibus alius polluat; pa-

e Ex eod. rum refert, e pro tuo peccato
¶ ill. ib. contra Castitatem quod ille fue-
rit vir, vel femina, vel Sacerdos:

tunc enim (si aliud non additur)
se habent illæ manus ut mērum
instrumentum: & solum ad-
est cooperatio cum alterius se
polluentis peccato, ut dictum
ibidem est.

D

Lib. 2. Cap. 7. §. 10. 211

De incipiente copulam, & resiliente, semenque dispergente dixi §. 4. n. 27.

De mollitie virginis dixi §. 8.
n. 57.

De Mollitie uxorati § 6. n. 46.
De Mollitie sacrilega §. 5.
n. 40. & à n. 35.

De comedente calida, ut pol-
luatur in somno dixi cap. 6. §. 2.
num. 7.

Sodomia.

67 Sodomia, & quidem per- f s. Th. 2.
fecta, est concubitus, *ad sexum* 2 q. 52. ar.
non debitum, ut viri cum viro, II. *ibid.*
fœminæ cum fœmina: nam con- *Cajetan.*
cubitus viri cum fœmina in va-
se præpostero, est sodomia im-
perfecta, de qua mox, Concubi-
tus autem, est copula carnalis
consummata; naturalis si sit in
vase debito; innaturalis, si sit in
loco, seu vase non debito.

68 Sed hic est quæstio quando-
nam mutua procuratio pollutio-
nis inter mares, vel inter fœmi-

M 4. nas